Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

21. Quomodo cubicularius Valentis Imper. ob malè tractatum Aphraatem, Orthodoxos in vera religione confirmantem, mente captus feruentibus balnei aquis suffocatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52445

Visual Library

Nicephorus Calliſtus libr. 11. Eccleſiaſt. hiſtor. cap. 25. Cubicularius Valentis Imperat. ob malè tractatum Aphraatem, orthodoxos in vera religione confirmantem, mente captus feruentibus balnei aquis ſuffocatur.

CAP. XXI.

EX Cubicularijs Valentis Imper. quidam, qui ſanctum virum Aphraatem propter animi temeritatem grauius tractauerat, in balneum confeſtim ingreſſus, vt principi lauationem prępararet, mente captus, & in calidas aquas delapſus, ibi vitam finiuit. Imperator aliquandiu expectans, & extrahi ea mora tempus quęrens, alijs cauſam eius rei inquiſitam ſibi renunciare præcepit. Qui cùm eò veniſſent, & omnia circumſpexiſſent, illum in calidis vndis morte frigida peremptum reperierunt. Quod vbi Imperator cognouit, opus id quidam petulantis, Aphraatæ ſancto illatæ iniuriæ, & contumeliæ eſſe, rectè arbitratus eſt. De impio autem dogmate eundem, iuxta indurati cordis Pharaonem, retinuit animum.

Exempla aliquot reuerentiæ & dignitatis ſacerdotalis, quæ ex M. Maruli lib. 3. cap. 5. recenſet Conr. Lycoſth. licèt in alteram religionem propenſus lib. 12. Theatri.

CAP. XXII.

IOannes primus, qui Hormiſdæ in ſummo pontificatu ſucceſsit, Conſtantinopolim verſus pergens, cùm Corinthum diuertiſ-